

Tractatus Monasticus
In Regulam Sanctissimi P. N. Benedicti.
in Prologum +
animadversio.

Non possum non mirari dilecti in Christo Fratres, ex-
imius illum in schola S. B. Benedicti Magistri, Gerardus
Belgam, cum omnia capita sacra Regula nostra mira-
industria, ac spiritu percurrens, nihil de prologo illius ex-
ponere, quod tamen plerisque expositores eiusdem Regula non
tantum eruditè, sed et salubriter præstiterunt. Verum idem
mecum miratur gabriel Buccelinus operis Gerardii collector
optime meritis; quamvis causam huius præfationis statim
amectat, quam etiam aliquis ex Gerardii discipulis scripto
reliquit, et quæ etiam nobis abunde satisfaciat. quod
nempe Gerardus Prologum hunc explicare aggressus, in
primis eiusdem verbis defuerit, locus resolutus in lacrimas.
ad benignissimam pro compellatione pri Patris. ait enim
Sanctus Regifer noster: Ausculta o Fili, præcepta Magistri,
et inclina aurem cordis tui, et admonitione pri Patris
libenter excipe &c. In hæc verba ego lacrimari pro dul-
cedine mentis potius, quam perorare, et commentari volens
spiritualis iste Magister, non & aliam defuper explicandam
dedit, quam quod iusserit filios suos spirituales genuflexos
Lapide percussere hanc suavissimi Patris in suam Regulam
prefationem, non tam legendam, quam presentem in spiritu
sanctissimi Patrem intuentis, et tanquam verba facientis
attendens: quod fieri non posse dicebat, quin quis sic legeret
seu attenderet, non totus ignis amore erga piissimum Patrem
suum, eiusque legem discretissimam. affirmabat insuper,
adeo divini spiritus plena esse omnia huius prologi verba,
ut si quocumque idiomate recitarentur cuiquam, mirabili
quodam gustu, et intellectu reficere, et mirè afficere